

que clarī viri habuerunt Athenienses. In hoc tantum fuit odium multitudinis, vt nemo ausus sit eum liber sepelire. Itaque a feruis sepultus est.

XX.

TIMOLEON.

I. Timoleon Corinthius. Sine dubio magnus omnium iudicio hic vir exstitit. Namque huic vni contigit, quod nescio an vlli, vt et patriam, in qua erat natus, oppressam a tyranno liberaret, et a Syracusis, quibus auxilio erat missus, inueteratam feruitutem depelleret: totamque Siciliam, multos annos bello vexatam, a barbarisque oppressam, suo aduentu in pristinum restitueret. Sed in his rebus non simplici fortuna conflictatus est, et, id quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam, quam aduersam, fortunam. Nam quum frater eius Timophanes, dux a Corinthiis delectus, tyrannidem per milites mercenarios occupasset, particepsque regni posset esse: tantum abfuit a societate sceleris, vt antetulerit

lerit